1) Allgemeiner Schriftcharakter. Breiter kräftiger und fester Zug findet sich neben der eleganten Carolingischen Schrift mit feinen Zügen oder neben unentwickelter und unregelmässiger Minuskel selbst schon im IX. Jahrhundert. Diese Schriftart ist in ihrem ersten Auftreten dadurch charakterisirt, dass die einzelnen Buchstaben, was Breite und Rundung derselben und was starkes Markiren der die Buchstaben unterscheidenden Theile anbetrifft, noch an die Unciale erinnern: so c, e, a, r (mit stark entwickeltem Arm), die breiten Bäuche von b d p q, die runde Schleife von g u. s. w. Damit hängt auf's engste der Grad der Distinction zusammen. Bei derartiger Minuskel sind die Spatien zwischen den einzelnen Buchstaben verhältnissmässig bedeutend, besonders innerhalb der einzelnen Worte, so dass gegen sie die Spatien zwischen den einzelnen Worten minder hervortreten. Erst indem seit dem X. der einzelne Buchstabe an Breite verliert, rücken die Buchstaben innerhalb eines Wortes näher an einander, so dass der Zwischenraum zwischen den einzelnen Worten mehr in das Auge fällt. Schon aus diesem Grunde kann ich XII. ja XI. Jahrhundert nicht zulassen.

2) Einzelne Buchstaben. a mit noch diagonalem Schenkel: von seinem Bauche gilt dasselbe, was ich bereits über alle sagte. Die oben angeschwollenen Schäfte der Buchstaben mit Oberlänge kommen IX.—XI. Jahrhundert vor. Desgleichen die kurzen Schäfte wie sie hier erscheinen. Insbesondere ist der oben circumflexartige Ansatz mir schon im IX. vorgekommen. Brechung der Basis auf der unteren Mittellinie beginnt auch schon im IX: über-

Denique commemoro philologum quendam expertissimum ancipitem tulisse sententiam quam quominus evulgarem nimia eius prohibuit modestia.

Tam graves auctores cum dissentiant, codicis aetatem ita definire contenti erimus, ut nec multo ante annum 900 nec multo post a. 1100 exaratum esse statuamus. Cum autem abbatia Hersfeldensis et hac aetate et illa opibus floreret, ex rerum historia certi quicquam concludi nequit.

Caput III. De apographo Vaticano.

Omnium qui hucusque innotuerunt librorum manuscriptorum principem locum tenet Fuldensis, quem Poggius initio saeculi XV. ut ipsius verbis utar ex ergastulis Germanorum erutum latinis litteris restituit (cfr. A. Kiessling ann. phil. Fleckeis. 1871. p. 481). Hodie bibliothecae Vaticanae est, numero 1873 insignitus. Quae ratio inter eum et Hersfeldensem quo olim usus erat Gelenius intercederet, ab iis qui textui constituendo operam navarunt frustra quaesitum est. Nam utrumque ex communi fonte derivatum esse et Eyssenhardtius et Gardthausenus sibi persuaserunt. Verum Hauptius suspicatus erat, cum ind. lect. Ber. aest. 1868. p. 6 scripsit: *minus fortasse falleretur qui Fuldensem librum ex Hersfeldensi descriptum esse existimaret: quamquam ne hoc quidem certo argumento demonstrari poterit.* Quam opinionem Mommsenus Herm. VI p. 232 amplexus est, editores repudiarunt. Ceterum ipse Hauptius errore alieno potius quam suo inductus ne facilius solveretur tota quaestio impedivit. Postquam enim Valesius iudicio vel Jacobi Bouchardi vel Nicolai Fabricii Peirescii fretus codicem ante quadringentos plus minus annos i. e. circa annum 1200 exaratum esse dixit, ille aut decimo saeculo aut potius nono id factum esse contendit. Cui viro docto Vaticani notitiam debuerit, ex ipsius verbis non perspicitur, attamen vereor ne Hauptii auctoritate permoti editores codicem antiquiorem crediderint. Id quod membranis Marburgensibus detectis patet. Cum enim duo codices simillimi sint, alter compendiis fere careat, alter abundet, illum tuo iure vetustiorem existimabis. Si deinde utrosque librarios sensu parum intellecto litteram ex littera pinxisse tecum reputabis, ex Fuldensibus pendere Hersfeldenses prorsus negabis, quippe qui nunquam compendiorum varietate in errorem inducti sint. At ne longus sim, Gardthauseni beneficio specimen scripturae codicis Vaticani a se delineatum accepi, quod ut

dies ist diese Brechung im XI. und XII. viel allgemeiner, schärfer und eckiger. Von c, e sprach ich bereits. Charakteristisch für X. ist noch f, fast wie in Uncialschrift. Dann kommt die Häufigkeit von N in Betracht. f reicht noch etwas unter die Linie, hat oben stark gebogenen Haken und zeigt den Widerhaken links noch nach oben gerichtet. Für X. mache ich weiter geltend die Verbindung von rt Z. 13 des Facs. und die cursive Verbindung von ri Z. 17. Nach alledem erkläre ich XII. ja XI. Jahrhundert geradezu für ausgeschlossen. Bleibe ich somit beim X, so mag ich, wie schon früher gesagt, nicht zu enge Grenzen ziehen, neige aber mehr dazu Anfang des X. anzunehmen.

imperfectum, aptum tamen erat, ex quo de aetate scripturae iudicaretur. Quod cum peritis viris — Stumpfio Foltzio Koenneckio Reimero — examinandum proposuissem, librum Vaticanum non ita multo post Marburgensem videri scriptum esse omnium consensu edoctus sum. Itaque si Berolinensem disciplinam potiorem habebis, ineunti saeculo XII. eum attribueris, si Vindobonensem, medio saeculo X.

Iam vero singulas rationes perstringam, quae Marburgensem codicem archetypum fuisse demonstrent. Et si cui hoc negotio pluribus verbis functus esse videbor, eum monitum velim de fundamento agi quo ars critica innitatur. Principium faciam ab iis locis, quibus peculiares litterarum ductus casu facti librariis Fuldensibus erroris ansam praebuerunt.

p. 1, 14 *coafper* M. h super a additum rursus delevit et rectius super c posuit. *cohafper* V.: hic enim ut alias emendationem non observavit.

p. 2, 11 *ecatonphılof* M. primum scripsit, deinde h expunxit et ı in y mutavit: utrumque V. imitatus est.

p. 4, 18 *turgıdof* M. r cum g ita ligavit ut obiter inspicienti n videatur esse: inde *tungıdof* V. cfr. 12, 19 Gardthauseni praef. p. XV.

p. 4, 24 *uıuunt* M. sed male in *hıhunt* vel *bıbunt* mutavit: inde *hıbunt* V.

p. 6, 17 *ıntento* M. hastam litterae t cum sequenti ita ligare solet, ut aliquotiens pro u habita sit: *ınuento* V.

p. 7, 7 *darı* M. *cları* V. facili errore. Primo enim obtutu dubitare poteris utrum M. voluerit, quamquam reliquis locis in comparationem vocatis d certum esse iudicabis. Alia exempla attulit Gardthausen praef. p. XIIII. In similem errorem Gelenius incidit, cum p. 4, 23 *pordaca* legerit. Ex editorum silentio minime concluserim id in V. extare: nam Accursius, qui totus e Vaticano pendet, *Porclaca* praebet. Nec dubium est quin codicis scriptura Gelenianae ab editoribus receptae multum praestet. Cum enim nomina quae Ammianus profert ad rem cibariam spectent, de porcilaca et porcla (Veget. art. vet. IV 28 fin.) nomen derivare rectius videtur quam de graeco πόρδων vel πορδή, de quo nescio an cogitaverit Gelenius.

p. 8, 2 *textuf* M. *teatus* V. Librarii enim saepe hasta addita litteram a cum sequenti ita ligarunt ut facillime cum x confundatur. Revera hoc loco dubitare poteris utram ponere voluerint, quamqum reliquis locis collatis x legendum esse constat. Alia exempla Gardthausen p. XII attulit.

p. 8, 23 *ducenf* M. *duces* V. In archetypo enim ob spatium angustum n et f insolito more coniuncta sunt, quod Fuldenses fugit. Ceterum in fine versuum n cum t quoque eodem fere modo copulatur atque in lapidibus vulgo fieri solet.

p. 10, 15 *gratıano* M. *graıano* V. eodem errore quem iam supra indicavi.

p. 10, 23 *moxq. ueuerıſ* M. compendiorum usui parum assuetus. Pessime correxit V. scribendo *moxque ueterıſ.*

Deinde omnes locos colligam, quibus V. a fragmentis Marburgensibus discrepat. Scilicet eorum commodis consulendum esse videtur, qui in libros manuscriptos accuratius investigabunt. Si enim verum est, quod nuper Gardthausenus et sibi et aliis persuasit, non omnes libros recentiores ex Vaticano descriptos esse, genuina scriptura, quam solus Marburgensis servavit nec mera coniectura facile assequaris, in iis reperiatur oportet. Sin haec opinio falsa est, libri mendis Vaticani insigniti reiciendi editionesque inutilium lectionum farragine levandae erunt. Itaque hunc conspectum ob duplicem causam addidi, ut et qua diligentia usi essent librarii Fuldenses appareret, et si qui ex recentioribus codicibus se emolumenti quidquam capturos esse sperarunt, iis parata esset inquisitio. Notas autem adscripsi ut praecipua mendorum genera distinguerem.

	M.	V.	
XXIII 6, 38	*usus*	*usue*	e.
	uenenaturalia	*benenatulia*	bc.
	naitham	*naitham*	a.
40	*choasper*	*cohasper*	b.
	testinaret	*testinaret*	a.
41	*iucundissima*	*iucundissima*	a.
44	*proeuo*	*proeuo*	a.
	conuiciis	*coninciis*	e.
45	*altere*	*altere*	a.
XXVIII 4, 22	*in hoc titulo*	*hoc titulo*	c.
	regns miris	*regiis miris*	b.
	inpleris	*impleris*	e.
24	*scrupulosae*	*scrupilosae*	e.
25	*aliud si*	*alius si*	e.
	negante	*negante*	b.
26	*profusus*	*profusus*	b.
	consumpto	*consumpta*	e.
27	*turgidos*	*tungidos*	e.
	cresfonten	*cresfontem*	e.
28	*defidem*	*desidem?*	e.
	quidam	*et quidam*	c.
	et trulla	*et con trulla*	c.
31	*anteeaint*	*anteeain*	d.
	discisses	*discissi*	b.
32	*exploduntur*	*exploruntur*	e.
	si qui sibi	*si quis sibi*	d.

	M.	V.	
XXVIII 4, 32	*plebis*	*plebes*	e.
33	*aplicatos*	*applicatos*	d.
34	*doloribus*	*dolori*	c.
5, 1	*intento*	*invento*	e.
2	*opitulatum*	*oppitulatum*	d.
11	*ad extruenda*	*ad truenda*	c.
12	*die*	*diae*	e.
	sibi dari	*sibi clari*	e.
	ne nuda	*re nuda*	e.
13	*maesti*	*mesti*	e.
	ludibrio	*ludibria*	e.
	repetunt	*reppetunt*	d.
14	*apud hos*	*apud os*	d.
	appellatum	*apellatum*	d.
	si sub eo	*sub eo*	c.
	maximus	*maximos*	e.
6, 1	*instar*	*instra*	e.
	textus	*teatus*	e.
3	*quaedam*	*quaedum*	e.
4	*ferarum*	*feraraim*	de.
	re[e]uerti	*reuerti*	b.
5	*ducens*	*duces*	d.
XXX 2, 7	*repeṛteret*	*reperteret*	b.
8	*emendari*	*emandari*	e.
9	*scropulosus*	*cropulosus*	d.
10	*f[a]uisse*	*fuisse*	b.
11	*grassari*	*egrassari*	d.
	adfectabat	*adfectabant*	d.
3, 1	*interiit*	*interii*	d.
	gratiano	*grauiano*	e.
2	*moxq. ueueris*	*moxque ueteris*	e.
	primo	*primos*	d.
3	*pertinerent*	*perciperent*	e.
4	*conducebaṇt*	*conducebant*	b.
	ita parebat	*ut aparebat*	e.
5	*augustus*	*augustos*	e.
	t[o]utius	*totius*	b.
4, 1	*arẹto um at*	*ụṭ ṛoṭọ um at* [arctus]	ae.
2	*legationibus*	*le[e]gationibus*	a.
	imperiale	*imperiole*	e.
	humilitandam	*humilitandum*	e.

a. nota eos significavi locos quos manus altera correxit. Eam non multo recentiorem esse manu prima editores iudicarunt. Ut recte iudicaverint, id pro certo tenendum est librarios Fuldenses minime codicem antiquissimum adiisse sed suo potius ingenio indulsisse. Omnia enim monstra, quae Marburgensis sensu parum intellecto effinxerat et quae archetypo inspecto facillime emendare potuissent, intacta reliquerunt. Quaedam sane recte correxerunt: XXIII 6, 44 *proeuo* in *proelio*, XXX 4, 2 *legationibus* in *lectionibus;* alia perperam. Ita XXIII 6, 40 Gardthauseni coniectura *festinaret* pro *testinaret* propter elementorum uncialium F et T similitudinem longe praestat scripturae Fuldensi *destinaret*, quae vulgari tenuis et mediae commutationi originem videtur debere. XXIII 6, 45 sic scripserim: *magnaeque eorum partes mare rubrum latere* [*a latere* V.] *dextro contingunt laevo* [*leva* M. V.] *Persico mari conlimitant;* ita ut communi errore primae litterae vocabuli *altere* locum mutassent et postea *a* pro *o* positum esset.

b. nota ea Vaticani menda indicavi quae inde orta sunt quod vel in fragmentis nostris recte emendata neglexit vel curis secundis pessum data recepit. Codex enim Marburgensis ab iisdem librariis qui eum exaraverant, passim correctus est. Ut autem mediocri ingenio nec magna linguae latinae scientia praediti erant, archetypum autem aetate detritum non satis intellegebant, semel iterumque genuinam scripturam male immutarunt. Praeclarum exemplum est XXX 3, 5 *tutius* in *totius* depravatum. Fuldenses saepius litteras et suprascriptas et expunctas neglexerunt. Quominus autem codex post correctus esse putetur quam in eorum manibus fuerit, obstat id quod modo attuli exemplum necnon alterum XXIII 6, 38 *benenatulia.* Neque omnino inter manum librarii et emendatoris quidquam interesse deprehendes.

c. nota frequentem errorem significavi, quo duae litterae neglegentia omittuntur. Cuius Gardthausenus quoque praef. p. XVI ann. complura congessit exempla. Sunt quidam loci ad explorandam codicum recentiorum originem idonei, quorum quippe lectio vera nunc primum pateat nec coniectura facile inveniatur. Ita XXVIII 4, 22 legendum est: *nec enim in hoc titulo discrimen aliquod observatur* [*in* om. V.]; XXVIII 5, 11: *imperatore ad extruenda munimenta districto* [*ad truenda* V.]. Perraro contrarium accidit ut Fuldenses aliena adderent; aberrantibus tamen oculis praepositionem inepte repetiverunt XXVIII 4, 28: *Cicimbricus cum Gluturino et* [*con*] *Trulla.*

d. nota frequentiorem errorem indicare placuit, quo una littera vel demitur vel additur. Neque ab eodem prorsus abstinuisse Hersfeldenses documento est quod scripserunt XXVIII 4, 31 *anteeaint*, ib. 33 *aplicatos.* At eos multo maiore diligentia quam Fuldenses usos esse apparet. Qui *p* et *pp* aliquotiens commutarunt, recte quidem l. l. *applicatos* sed perperam *oppitulatum*, *reppetunt*, *apellatum* scribentes. Deinde vel prima vel ultima littera omissa peccarunt: *anteeain*[*t*], *apud* [*h*]*os*, [*s*]*cropulosus*, *interii*[*t*]. Contrarium quoque accidit ut *s* finalem male adderent XXVIII 4, 32 *si qui*[*s*] *sibi* XXX 3, 2 *primo*[*s*].

e. nota omnia ea menda comprehensa velim, quae elementis inter se commutatis originem duxerunt. Potiora sunt haec:

a et *o*	*consumpto* M.	*consumpta* V.
Gardth. p. XIIII	*ludibrio*	*ludibria*
	imperiale	*imperiole*
a et *e*	*emendari*	*emandari*
ae et *e*	*die*	*diae*
	maesti	*mesti*
a et *u*	*quaedam*	*quaedum*
Garth. p. XII	*ferarum*	*feraraim*
	areto	*ut roto*
	humilitandam	*humilitandum*
o et *u*	*maximus*	*maximos*
	augustus	*augustos*
i et *u*	*scrupulosae*	*scrupilosae*
	ita parebat	*ut aparebat*
ui et *in*	*conviciis*	*coninciis*
m et *n*	*inpleris*	*impleris*
	cresfonten	*cresfontem*
u et *t*	*intento*	*invento*
	gratiano	*graviano*
r et *n*	*turgidos*	*tungidos*
Gardth. p. XV	*ne nuda*	*re nuda*
x et *a*	*textus*	*teatus*
cl et *d*	*clari*	*dari*

Maior sane errorum pars similitudine elementorum explicatur. Nec minus intellegimus quomodo librarii litteram ex littera pingentes earum locum commutaverint e. g. XXVIII 6, 1 *instra* pro *instar* dederint. Pauca tantum restant ubi causa erroris non perspiciatur: *usue* pro *usus*, *aliud si* correctum in *alius si*, *exploruntur* pro *explodun*tur, *plebes* pro *plebis*, *pertinerent* corruptum in *perciperent*.

Finem faciam lacunarum mentione addita. Ammiani enim textus qui vocatur inde hiat quod archetypi foliorum aliquot scriptura nonnunquam ita detrita erat, ut ab Hersfeldensibus legi non posset. Qui utrum spatium accurate dimensi sint necne ambiguum videtur. Si enim hominum illorum mentem recte assequor, tantum spatium vacuum relinquebant quantum elementorum evanescentium fuerat. Sed nescio an grandiores fuerint archetypi litterae atque Hersfeldenses ita difficultatem superaverint ut spatium archetypi redderent neque ad suam pingendi rationem accommodarent. Una tantum adest lacuna, quae procul dubio expleri possit, cum p. 4, 13 *bos* in *bonum* emendandum sit; ubi spatium relictum in elementorum numerum optime quadrat. At idem in reliquas cadere lacunas temerarium esset affirmare. Certius de Vaticani lacunis iudicium proferre licebit. Quibus litterarum numerum vel dimidia vel tertia parte maiorem attribui apparet. Nec causa nos latet. Cum enim alter librarius Hersfeldensis, de quo hic sermo est, singulis versibus plus minus quinquaginta litteras tribueret, Fuldenses vero plus minus septuaginta, isti tantum

spatium vacuum reliquisse existimandi sunt quantum apud illum erat. Praeterea bis in fine versuum textum hiare non animadverterunt.

Caput IIII. De editionibus Accursii et Gelenii.

Si integer exstaret codex Marburgensis, reliqui codices omnes abiciendi essent. Cum autem fortuna tam paucas reliquias servarit, plures difficultates remanent superandae. Ac patet eam emendandi viam ingrediendam esse ut primum eorum vitiorum habeatur ratio, quae a Fuldensibus illata textui sunt. At de Hersfeldensi restituendo desperandum esset, nisi praeter Vaticanum alia subsidia praesto forent. Etiamsi enim quam diligentissime Fuldensium consuetudinem scribendi perspectam habere studueris, multa fortuita sunt et casui debentur quae minime divinare possis. Atque ipsa fragmenta nostra quamvis exiguae molis certiorem te reddunt tot egregias lectiones in Vaticano omissas esse quae coniectantem omnino fugiant. Quae cum ita sint, optime de Ammiano merebitur quicunque codicem e Vaticano non descriptum repererit. Sedulo quidem nuper Gardthausenus in libros et manuscriptos et typis excusos inquisivit. Quorum necessitudinibus extricatis complura in textum constituendum subsidia adhibere voluit. Ea tamen studiorum nostrorum condicio est ut uno folio membranaceo detecto ratiocinationes subtilissimae saepe pessum dentur. Nec dubitari potest quin nova de emendandi Ammiani principiis instituenda sit quaestio. Maximopere vereor ne codices recentiores omni careant auctoritate quam novissimus editor iis inesse iussit. Certe codex Petrinus quem tanti fecit ut multa ex eo in editione minore annotaret, iisdem vitiis ac Vaticanus inquinatus neque ullo cum primo fragmento Marburgensi coniunctus est vinculo. Diceret aliquis fragmentum brevius esse quam ut de codicum mutilorum classe quam Gardthausenus statuit, iustum feratur iudicium. Sed cum tota eius opinio artificiosior quam verior sit, certa argumenta quibus fidem nobis faciat opinanti sunt afferenda. Equidem maxime laetarer si afferret; vix puto fore ut scriptoris insignis amici tali gaudio afficiantur.

Idem vir doctus amplius disputandi occasionem praebuit. Cum enim Accursianum codicem non ex Vaticano pendere sed medium inter Vaticanum et Hersfeldensem tenere locum existimaret, a vero longius aberravit. Primum quod Accursium hominem Italum in Germania integrum Ammiani codicem nactum esse statuit, quippe quem Augustae Vindelicorum iste typis excudendum curarit (Herm. VII p. 456), suo arbitrio usus est. Nempe ipse Accursius in praefatione variarum Cassiodori, quas statim post Ammianum absolutum operis tradidit, se codicem illius scriptoris in Hispania invenisse testatur. Quidni idem Vaticani aliquod apographum ex Italia Augustam asportasse creditur? Deinde Gardthausenus iusto maiorem librariorum iusto minorem editorum ingenio reverentiam habuit. Quamquam enim Ammianum Marcellinum a Marian-

gelo Accursio mendorum quinque millibus purgatum esse operis et titulus et epilogus praedicabat, scripturae varietatem maiore ex parte ad editoris vel acumen vel licentiam revocandam esse neglexit. Verum denique est intimam inter Accursii et Gelenii editiones intercedere rationem. Quae tamen ut perspiciatur nec Tiresiae mente opus est nec sudore Aristarchi. Immo tecum reputes quaeso quo modo editiones et hodie parentur et olim paratae sint. Scilicet et tuo et typothetae commodo consules, cum antiqui scriptoris librum non ipse tua manu descripseris sed editionem iam antea excusam correxeris. Neve obliviscare librorum mercaturam lucri causa fieri librosque saepe non ob litterarum studium edi sed ob aemulationem bibliopolarum. Atque a. 1518 Ioannes Frobenius Basileensis ex recognitione Erasmi Roterodami una cum aliis scriptoribus latinis tredecim Ammiani libros publici iuris fecit ex editione Bononiensi, quae paullo ante prodierat, repetitos. Hieronymus filius dum a. 1533 idem opus secundis curis auctum evulgare meditatur, ementium favorem ab Augustanis praereptum videt, quippe qui mense Maio eiusdem anni Ammianum mendis purgatum et libris quinque nunc primum inventis auctum venderent. Festinant operae: Accursius praefationem ad Antonium Fuggerum kalendis Aprilibus dictat, mense Maio ad librum in aedibus Silvani Otmar excusum pauca annotat; sed a Frobenio superatur, qui kalendis Iuliis praefatus eodem mense totum opus absolvit. Tale certamen ei ante oculos habendum est qui de praedictis editionibus iudicabit. Gelenium enim calamo currente usum esse et multa peccasse apparet temporis penuria pressum. Nec minus certum est virum ingenii quantumvis egregii labori haud potuisse sufficere, nisi praecedentium studia tota in usum suum contulisset. Quod ad tredecim priores libros attinet, Mommsenus Herm. VI p. 236 seq. utraque editione collata demonstravit Gelenium exemplar Erasmianum ex codice Hersfeldensi correctum typothetis tradidisse. Eundem quatuor libros sequentes simili modo ex editione Accursii repetivisse nunc luce clarius est. Sed ne quis opinionum tenax tali sententiae refragetur, nos qui rectam scriptoris emendandi viam aperire studemus, pluribus verbis utemur quam res perspicua videatur flagitare. In minutiis igitur orthographicis potissimum commorabimur, quarum natura ea est, ut originem facilius prodant. Cum enim more antiquo codices verba composita litteris non assimulatis exhiberent, editores autem Itali secundum suam pronuntiandi rationem assimularent, Gelenius saepe codicum auctoritatem tuitus est ita tamen ut multa intacta relinqueret, quin etiam formas novicias et vitiosas toleraret. Quam festinanter hac provincia functus sit, eo qui sequitur conspectu apparebit.

XXIII	6, 41	*litoribus* MVA.	*littoribus* bG.
		Rogomanius MV.	*Rhogomanis* A. *Rogomanis* bG.
	42	*Tragonice* MVA.	*Tragonica* bG.
		Cadianas MV.	*Cadiana* A. *Tibiana* bG.
		Parthy et siti MV.	*Parthi siti* A. *Parthi et Scythae siti* bG.
	43	*Moesia* MVA.	*om.* bG.
		litora MVA.	*littora* bG.

	41		*profuderit* MVA.	*fuderit* bG.
			conviciis M.	*convitiis* bAG.
	45		*conlimitant* MV.	*collimitant* bAG.
XXVIII	4, 25	(6, 5)	*adflictus* MVG.	*afflictus* A.
	26		*conpellit* MV.	*compellit* AG.
			adsciscuntur MVG.	*asciscuntur* A.
		(6, 1)	*tamquam* MV.	*tanquam* AG.
	29	(33)	*inpendunt* MV.	*impendunt* AG.
	31		*inluciscente* MV.	*illucescente* A. *inlucescente* G.
	5, 1		*ter consulibus* MV.	*ter Coss* AG.
			adpositus MVG.	*appositus* A.
		(13)	*conpertus* MV.	*compertus* AG.
	2		*inparem* MV.	*imparem* AG.
	14		*adsignare* MVG.	*assignare* A.
	15		*inpendio* MV.	*impendio* AG.
			adgressus MV.	*aggressus* AG.
			quoscumque MVA.	*quoscunque* G.
	6, 2		*adsueti* MVG.	*assueti* A.
	5		*inploravere* MV.	*imploravere* AG.
XXX	2, 11		*adfectabat* MV.	*affectabat* AG.
	3, 2		(*negotiis* MVAG.)	*negotium* MVG. *negocium* A.
			nuntiis MVG.	*nunciis* A.
	3		*inpediebant* MV.	*impediebant* AG.
			atnitebantur MV.	*annitebantur* A. *adnitebantur* G.
			inmanitatem MVG.	*immanitatem* A.
			inpacatum MVG.	*impacatum* A.
			temptaturum MV.	*tentaturum* AG.
	4		*inmane* MVG.	*immane* A.
			conloquii MVG.	*colloquii* A.
	5		*inmodestis* MVG.	*immodestis* A.
	7		*sollemni* MV.	*solenni* AG.
	4, 2		*adserente* MVG.	*asserente* A.

Plurima eiusdem generis afferre possum: e. g. XXX 2, 6 pro *hyeme* A. Gelenius cum codicibus *hieme* scripsit, alibi cum editoribus *hyberna;* pro *coelibes coelo* A. *caelibes caelo* restituit, ipse tamen XXVIII 4, 26 coniectura barbaram formam *foeminas* intulit, XXVIII 5, 11 *Reni*, alibi *Rheni*, contra codices cum b. semper *Alemanni* pro *Alamanni*, *caetera* pro *cetera* dedit. Unde orta sit talis inconstantia recte mihi videor explicasse nec posse alio modo explicari credo.

Iam vero ad aliam disputationis partem transeamus et Accursium ex codice Vaticano, Gelenium ex Marburgensi sua hausisse exponamus. Nescio an futuri sint qui spem suam fragmentis nostris delusam esse clamitent. Revera codex Marburgensis in opiniones a viris doctis conceptas parum quadrat. Quamquam enim Kiesslingius et Gardthausenus ann. phil. Fleck. 1871 p. 484. 839 ele-

mentorum numerum qui singulis versibus fuerit, recte definiverunt, atque hic etiam praef. p. XII multarum litterarum ductus perspectos habuit, in universum omnes codicem Gelenianum multo praestantiorem sibi finxerunt, quippe cui Accursii emendationes attribuerent. At dubitandi locus non est, quin membranae Marburgenses in manibus Gelenii fuerint. Cuius quidem rei etiam nunc manent vestigia. Verba enim Ciceronis ex dialogi de amicitia paragrapho 79 sumpta in codicibus XXVIII 4, 26 sic extant: *nec in bus humanis quicquam bos novunt nisi quod fructuosum sit amicos* eqs. Accursius sic mutavit: *nec in rebus humanis quicquam hos norunt.* At in Marburgensi manus, quam non tantum ego sed harum rerum peritiores saeculo sexto decimo adiudicarunt, supra scripsit *rebus bonum norunt sic.* Gelenium haec scripsisse fere certum est. In editione enim totum enuntiatum sic contorsit: *innuentes. Nec in rebus humanis quicquam bonum norunt, nisi quod fructuosum. Sic amicos tanquam pecudes eos potissimum diligunt* eqs. Mirum existimares eum non intellexisse verba esse Ciceronis — *ut Millius ait* MV. *ut Tullius ait* A. — mirum eum *sit* corrupisse in *sic.* Certe ex Accursio meliora ediscere potuisset. Ceterum cum alia annotata non sint, virum egregium in perlustrandis membranis semel animi instinctui obtemperasse existimarim. Leviora haec putes: si vero ad lectionis varietatem quam supra ex Vaticano congessimus animum attenderis, non poteris quin sententiam nostram amplectaris. Quamquam enim ab Accursio plurima quae librarii Fuldenses in Hersfeldensi codice transscribendo peccaverant, recte emendata sunt, nonnulla tamen restant quae corrigentem fugerint. Quos locos colligere placet.

XXVIII 4, 22 *in hoc titulo* MG. *in* om. VA.
25 *nec ante eius profectionem absolvit* MG.
negante eius profectionem absolvit VA.
28 *nominibus cultis quidam* MG.
nominibus cultis et quidam VA.
et Trulla MG. *et con Tr.* V. *et cum Tr.* A.
32 *si qui sibi* MG. *si quis sibi* VA.
5, 1 *gradu petebat intento* MG. *gradu petebat invento* VA.
11 *ad extruenda munimenta* MG.
ad truenda mun. V. *ad trudenda* A.
14 *si sub eo* MG. *si* om. VA.
6, 1 *instar exarsere flammarum* MG.
instra ex. fl. V. *instrumenta ex. fl.* A.

XXX 2, 10 *comitis fuisse Romano* M. *com. fuisse Rom.* V.
comitem fuisse Romano A.
comiti favisse Romano G.
2, 11 *adfectabat* MG. *adfectabant* VA.
3, 1 *Gratiano* MG. *Graviano* VA.
3 *(oratum) eum pertinerent* MG. *perciperent* VA.
5 *tutius accessit* M. *totius* V. *totus* A. *tutius* G.

Quae inter libros manuscriptos et typis excusos intersit necessitudo, enucleasse et ex solo Gelenio scripturam codicis Marburgensis hauriri posse satis mihi videor demonstrasse. Iam quaeritur qua fide vir doctissimus codicem contulerit. Suspicio autem nascitur ex iis quae supra attulimus eum non semper eadem diligentia usum esse. Nec Gardthauseno assensus sim, qui Herm. VII p. 453 seq. textum non ita raro interpolatum esse studuit comprobare. Librarios enim et Hersfeldenses et Fuldenses saepe errasse sed minime ea linguae latinae scientia imbutos fuisse constat, ut verba obscuriora glossis additis explicare possent. Immo Gelenium et audacia et festinatione eos qui hodie editorum vice funguntur longe superasse paucis demonstrabo. Atque locos laceros omnino ab eo omissos esse, de quibus quippe sanandis desperaret, notum est: exempla praesto sunt p. 3. 4. 5. Alia quoque verba vel editorum incuria praetermissa vel parum sibi intellecta perperam scriptori abstulit. Ut falsam de interpolationibus statuendis opinionem refutem, exempla adscribam.

XXIII	6, 41	*et* om. bG.
	43	*Moesia* om. bG.
XXVIII	4, 31	*et ubi neglegentiae tanta est caries* om. G.
	6, 3	*utinoro* om. G. *ut in otio* corr. Valesius.
	4	*casuum seritatibus* M. *casu* G.
XXX	3, 3	*oratum eum pertinerent et exoratum* M. *eum pertinerent exoratum* G.

Semel aberrantibus oculis sive sua sive operarum culpa vitium gravius textui intulit, cum XXX 2, 7 scriberet: *proinde parum adeptus ea quae spe vana conceperat Sapor, ultraque solitum asperatus quod ad expeditionem accingi rectorem conceperat* (*conpererat* MVA) *nostrum* eqs. Multa plane egregium in modum emendavit: e. g. XXX 3, 1 cum apud Accursium legeret *secuturos Thecanno Graviano ascito in trabeae societatem Aequitio Consule* mutatis duabus litteris sic restituit *secuto post haec anno Gratiano adscito* eqs.; paulo post cum legeret *offertur Praefecti relatio provido gentis Illyricae clades* sic expedivit *offertur praefecti relatio Probi docentis Illyrici clades.* Alia vel maiore vel minore cum probabilitate correxit. Attamen cum editori ea statuenda sit lex ut nisi presso pede vestigia codicis legerit, veram scripturam non invenerit, Gelenius morae impatiens saepe violentius egit: e. g. XXVIII 5, 14 scribendum non erat *si . . . segetum copiam negaverit terra quemadmodum solent Aegyptii casus eiusmodi adsignare rectoribus*, sed leniore adhibita medela *terra ut solent Aegyptii casus eiusmodi summis adsignare rectoribus*; ib. 14 Accursii coniectura *fertilibus pagis* [*pacis* MV] *acceptis* praestat Gelenianae *agris*. Talium exemplorum numerum augere facile est.

Summa disputationis nostrae eo redit ut scriptura codicis Marburgensis in editione Gelenii lateat quidem sed vix ab ingeniose inventis discernatur. Primum ea quae Erasmum et Accursium secutus dedit, segreganda sunt. Tum si quid novi Gelenius primus protulerit, quaerendum est an librariorum Fuldensium vitio dandum quod codex Vaticanus discrepet. Si magnum in verbis

discrimen comparet, de coniectura agi veri simile est. Sin unus vel plures versus in Vaticano praetermissi a Gelenio additi sunt, codici debentur. Quamquam enim fragmenta nostra singulos versus a Fuldensibus omissos esse exemplis non comprobant, virum eximium a tali crimine quasi ludibundus hic illic labem scriptori adsperserit, profecto vindicant. Cum autem tempori ita consuluerit ut locos laceros plerumque non suppleret sed omitteret, quisnam credat decem versus variis libris miro artificio additos esse? Nullus ego dubito quin additamenta illa Geleniana, quorum originem l. l. Kiesslingii perspexit acumen, textui reddita typis distinguenda non sint. Sed cum haec omnia eruditioribus tractanda relinquam, finem facio.

Caput V. De codice archetypo.

Pauca de codice addam, ex quo Marburgensis fluxisse putandus est. Atque innumerabilem illam mendorum multitudinem minore ex parte librariis Fuldensibus, maiore Hersfeldensibus culpae dandam esse apparet. Plus enim damni inscitia attulit quam neglegentia. Quod ut resarciatur qualis fuerit codex archetypus quaeratur necesse est. Atque lacunarum ratione habita codicem fuisse valde vetustum temporumque iniuria corruptum Gardthausenus ann. Fleck. 1871 p. 842 seq. recte explanavit. Deinde continuam fuisse scripturam tot verbis male distinctis luce clarius redditur. Pluribus verbis utamur ut codicem mainsculis exaratum fuisse ostendamus. Cum enim librarii quid significarent singulae litterae, non raro incerti haeserint easque saepius commutaverint, ipsi emendantibus viam indicant. Ut autem de codice iudicetur haec elementorum commutatorum exempla affero.

c et g	p.	4, 1	*negante*	vel	*nec ante*		M.
		1, 14	*Cindes*	pro	*Gyndes*	corr.	G.
		7, 22	*pacis*		*pagis*		A.
		9, 13	*Sauromagis*		*Sauromacis*		A.
		10, 19	*provido gentis*		*Probi docentis*		G.
		12, 21	*legationibus*		*lectionibus*		V.
c et e	p.	2, 11	*Arteana*	pro	*Artacana*	corr.	M.
		12, 10	*aretoum*		*arctoum*		V.
		11, 17	*dicque*		*dieque*		A.
			cfr. Gardthausen p. XIII.				
e et o	p.	12, 10	*aretoum*	in	*arotoum*	mut.	M.
		11, 16	*quante*	in	*quanto*	mut.	M.
		3, 3	*caelibos*	pro	*caelibes*	corr.	A.
		4, 18	*illes*		*illos*		A.
		8, 8	*petius*		*potius*		G.
			cfr. Gardthausen p. XV.				

u et b	p.	1, 6	*uene*	vel	*bene*		M.
		4, 24	*uiuunt*	in	*bibunt*	mut.	M.
		2, 1	*batradites*	pro	*uatrachites*	corr.	b.
		2, 18	*ignabos*		*ignauos*		b.
		3, 22	*beneficum*		*ueneficum*		G.
		4, 10	*inuentes*		*iubentes?*		
		5, 12	*iuuaret*		*iubare*		V.
		10, 19	*proui*		*probi*		G.
u et d	p.	5, 23	*auloquendum*	pro	*ad loquend.*	corr.	A.
			cfr. Gardthausen p. XVI.				
u et o	p.	11, 22	*tutius*	vel	*totius*		M.
		10, 5	*praefectos*	pro	*praefectus*	corr.	M.
		5, 13	*curros*		*currus*		A.
		9, 22	*scropulosus*		*scrupulosus*		A.
		10, 14	*innudato*		*innodato*		A.
		10, 24	*ausus*		*ausos*		A.
u et li	p.	2, 16	*proeuo*	pro	*proelio*	corr.	V.
u et ti	p.	8, 6	*utinouo*	pro	*ut in otio*	corr.	Vales.
m et tu	p.	8, 8	*prouinciatu*	pro	*prouinciam*	corr.	A.
		4, 13	*millius*		*tullius*		A.
m et ni	p.	4, 22	*serapim*	pro	*serapini*	corr.	G.
n et o	p.	2, 7	*coleotes*	pro	*colentes*	corr.	b.
n et a	p.	3, 19	*optinent*	pro	*optineat*	corr.	A.
p et o	p.	3, 6	*suo remis*	pro	*supremis*	corr.	G.
p et r	p.	3, 2	*curiosos*	pro	*copiosos*	cfr.	Vales.
		4, 8	*praefectus pas*		*praefecturas*	corr.	G.
		7, 8	*pedituris*		*redituris*	corr.	G.
		8, 17	*reuerti* vel *recerti*		*receptis?*		
			cfr. Gardthausen p. XV.				
t et f	p.	1, 18	*testinaret*	pro	*festinaret*	corr.	Gardth.
		5, 12	*et fusius*		*effusius*		

Ex iis quae proposui exemplis facile intellegis codicem archetypum litteris quas dicunt uncialibus exaratum fuisse. Quibus vitiis iste inquinatus fuerit non liquet. Unum assequimur ph vulgari ratione saepe f redditum esse: 1, 8 *naftham? (naitham)* 2, 6 *fara* 3, 17 *efemeride* 4, 19 *cresfonten*. Nec certi quicquam de compendiorum usu statui potest, cum unum adsit exemplum p. 3, 13 *reuerti M. Marcellum* corruptum in *reuertimus*. Omnino ad hanc quaestionem solvendam ultra eos fines evagandum erit qui huic libello statuti sunt.

Vitiorum autem ab Hersfeldensibus consuetudine scribendi illatorum complura distinguenda sunt genera. Primum de elementorum vi saepissime erraruut: ea quae supra attuli ad similitudinem scripturae pertinent, quibus quaedam alia accedunt. Nam *ae* et *e* haud raro commutantur: 1, 6 *uene* 1, 10 *prestant* 1, 11 *conspicue* 2, 4 *que* 2, 22 *magne* 2, 23 *leua* 4, 9 *exaequias* 5, 9 *aequis* 6, 8 *patine* 6, 21 *destinate* 7, 20 *aequitum* 8, 4 *cędibus* 8, 13 *uaeriti* 8, 21 *que* 9, 8 *q*.

11, 7 *paenetrari* 11,16 *quantoquae*. Littera y librariis insolentior videtur fuisse ita ut i ponerent 1,14 2,11. Inter *e* et *i* quoque saepius non distinxerunt. Secundo loco commemorandum est librarios finem vocabulorum corrupisse, cum sequentia spectantes litteras (1) assimularent (2) dissimularent (3) adderent (4) omitterent:

1, 5	*peritia ad*	pro	*periti ad* 3.
1, 6	*naturalia similis*		*naturalis similis* 2.
1, 10	*inter quos opibus*		*inter quas opibus* 1.
1, 13	*syromedoram amnes*		*Syromedorum amnes* 1.
1, 18	*fortes est*		*fortis est* 1.
2, 10	*residui sunt*		*residuis sunt* 4.
	genoniam moesia		*Genonia Moesia* 3.
2, 18	*insectantur degeneris*		*insectantur ut degeneres* 4.
3, 1	*quod et in*		*quod ei in* 2.
3, 4	*habentesse liberos*		*habentes et liberos* 1.
3, 5	*aliquo obseruatur*		*aliquod observatur* 4.
4, 3	*eadem incudem*		*eadem incude* 3.
5, 17	*sui si*		*cui si* 1.
6, 13	*renis urbanis*		*rebus urbanis* 1.
6, 20	*bellorem labore*		*bellorum labore* 1.
	ad morte destinate		*ad mortem destinatae* 4.
8, 5	*hac causam*		*hanc causam* 4.
8, 15	*triduum actatis*		*triduum mactatis* 4.
8, 17	*incensas suppellectili*		*incensa suppellectili* 3.
9, 2	*has eadem*		*has easdem* 4.
9, 23	*recte vel rectus*		*recte vel secius* 1.
10, 6	*spernent ut solebant*		*spernens ut solebat* 1.
11, 2	*qua igitur*		*quia igitur* 4.
11, 7	*cetera sui congrua*		*cetera usui congrua* 4.
11, 9	*macriano ut*		*Macriani ut* 1.
12, 11	*silentio intestino*		*silentio intestina* 1.
12, 21	*nullius uetustatis*		*nullis vetustatis* 2.

Deinde Hersfeldenses mera neglegentia lapsi sunt cum singulas vel plures litteras aut de suo adderent aut plane praetermitterent. Frequentissime et simplicem consonantem pro geminata posuerunt et falso *s* addiderunt. Haec exempla sufficiant:


1, 19	*uias sibi utile*	*vias sibi ut ille*
1, 24	*dictum fluunt sinum*	*dictum influunt sinum*
2, 2	*mediterrana*	*mediterranea*
3, 7	*quae bant*	*quae habebant*
3, 16	*lauariari arbitrantur*	*lavari arbitrantur*
3, 20	*flagitarem lestiuo*	*flagitare molestius*
4, 6	*tracturi*	*tractaturi*

4, 13	*in bus*	*in rebus*
4, 24	*teseris*	*tesseris*
5, 13	*anteeaint*	*anteeant*
5, 21	*uenustas*	*venusta*
5, 23	*aplicatos*	*applicatos*
6, 10	*disciscorum*	*discissarum*
8, 4	*pacati*	*pacati in*
8, 21	*incriminenta*	*incrementa*
9, 8	*ademptus*	*adeptus*
9, 11	*dediti*	*dedit*
11, 18	*marghinem rheni*	*marginem Rheni*
12, 1	*sacramenti et inti*	*sacramenti*
12, 14	*astudior iudicandi*	*a studio res iudicandi*

Hisce omnibus Hersfeldensium rationem scribendi prope accedere apparet ad eam quam Fuldensium fuisse vidimus. Leviora hucusque enumeravi: corruptelae supersunt, de quibus sanandis paene desperandum est. Cum enim integra vocabula perperam et addita (2,13 6,19 7,4) et omissa (1,7 11,5) esse constet, inde gravissimorum origo mendorum videtur esse repetenda. De iis accuratius disputare consilii nostri alienum est: attamen ad summas etiam difficultates superandas exordio a fragmentis Marburgensibus facto multum ni fallor iuvabit imaginem codicis archetypi resuscitare.

SCR. III NON. APR. MDCCCLXXVI

Typis Breitkopfii & Haertelii Lipsiensium.


morem gerendo testati sunt [illegible]lico pereunt ut id in
pleris oraefatorem operientes nec pultos nec facili
potest aegritudo testam [illegible] comitatum est
his quis tum [illegible] cum dignitate luce [illegible]
uoxe umida gradies notos [illegible] aliquanto contuetur
aspectu ut post captas syracusas existimes reuertentem
marcellum multi apud eos negantes esse superas po
testates in caelo nec in publico prodeant nec pran
dent nec lauari arbitrantur se cautius posse ante
quam efemeri de scrupulose sciscitata didicerint ubi
sit uerbi gratia signum mercurii uel quotam cancri
sideris partem polum discurrens optinent luna. Ali
us si creditorem suum flagitare molestius aduerterit
debitum ad aurigam confugit audentem omnia prae
[illegible] eumque ut beneficium [illegible] geri [illegible] unde
non nisi reddita cautione dispendio que ad flectas
grauis discedit et additur huic debitorem uolunta[illegible]